



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 59. Errores Ecardi Dominicanii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

sem. Una omnes voce cum Universita- Sæcul. XIV.
A.C. 1329.
te Parisiensi declarabant Joannem XXII
a Michaële Cæsenate cæterisque schis-
maticis perperam ac impie accusari; fo-
lum esse Papam verum; & Michaëli
merito abrogasse munus. Deinde ut *Id. Script.*
calumniis, quas adhibuisset forsan, oc-p. 145.
currerent, ipsi eum movebant gradu, ei-
que sufficiebant Fratrem Geraldum O-
donem, Doctorem Parisinum, ex pro-
vincia Aquitanica, natum Castris Rodul-
phi in Bituricensi agro, Papæ cognitum
& charum. His in comitiis finiebant
quæstionem de paupertate Christi, de-
cretalem Nicolai III, ac decisionem co-
mitiorum Perusiensium cum sanctionibus
Joannis XXII cenciliantes. Sic Ordini
Minorum reddita est tranquillitas.

§. LIX.

Errores Ecardi Dominicanii.

Modicum abhinc tempus Papa errores
Ecardi celebri Doctoris Colonien-
sis ex Ordine Prædicatorum damnave-
rat: ut indicat in litteris, ubi ait: Per
inquisitionem in eum factam ex autho-
ritate Henrici Coloniensis Archiepiscopi, Rayn. 1329.
n. 70. 71.
& in Romana curia iteratam liquido vi-
demus hunc Doctorem ex sua ipsius
confes-

Sæcul. XIV. confessione docuisse viva voce ac scripto
A.C. 1329.

I. 2. 3. 4. 5. 6. 26 puncta sequentia: Deus creavit mun-
 dum, ut primum ipse fuit: concedique
 potest mundum fuisse ab omni retro æ-
 ternitate. In opere quovis, etiam malo
 æqualiter elucet gloria Dei. Qui vitu-
 perat aliquem, laudat Deum per ipsum
 peccatum suum & impiis contra se
 verbis laudatur Deus. Ac postea:

10. 11. 12. 13. Transformamur in Deum penitus, sicut
 pronuncjata divinæ consecrationis for-
 mula panis convertitur in corpus Chri-
 sti. Quidquid Deus Pater dedit Filio
 suo humana in natura, etiam mihi de-
 dit: nec conjunctionem, nec sanctitatem
 excipio. Quæ codex sacer de Christo
 dicit, inveniuntur omnia in quovis ho-
 mine probo & divino. Quæcunque na-
 turæ divinæ sunt propria, convenient
 homini posito in gratia Dei: facit ille
 cuncta, quæ Deus facit: cum Deo crea-
 vit cœlum ac terram, & Verbum æter-
 num genuit: nec facere quidquam Deus
 sine tali homine posset. Homo pius de-
 bet voluntatem suam ad divinam pro-
 fus conformare: & quia Deus quodam-
 modo vult peccatum, nolle non pecca-
 se: ita comparata est vera pœnitentia.

23. 24. 26. Deus sic est unus, ut nulla in eo detur
 distinctio ne Personarum quidem. Uni-
 versæ res creatæ sunt merum nihilum.

Puncta

Puncta reliqua ad ista recidunt. Papa con- ^{sæcul. XIV.}
demnat omnia, licet aliqua per explica- ^{A. C. 1329.}
tiones ac supplementa possint recipere
sensum catholicum. Dein adjungit: At-
tamen (quod volumus notum fieri) E-
cardus morti proximus hæc viginti sex
puncta, & generatim omnia, quæ scri-
psisset, docuissetque forsan fidei contra-
rium sensum habentia, recantavit, sua
scripta dictaque omnia Supremæ Sedis
authoritati subjiciens: ut patet ex litte-
ris publicis hac de re confessis. Dabat
27 Mart. 1329.

Ecardi paradoxa tantæ offensionis
speciem præbentia non obstabant, quin
magna esset in existimatione: ut appa-
ret ex scriptis Joannis Tauleri, qui eun-
dem professus Ordinem, & inter Theolo-
gos mysticos clarus eodem seculo medio
vivebat. Ecardum vocat insignem Theo- ^{Taul. conviv.}
logum, & monita ejus apprime spiritua-
lia refert. Quapropter hujus paradoxa
nimiis subtilitatibus scholasticis, mystico-
rumque Theologorum immoderatis elo-
quendi rationibus adscribi queunt. Nam
in iis, quæ de nostri transformatione in
Deum, ac de conformatione animi ad vo-
luntatem divinam afferit, prope accedit
ad subdolas artes Begardorum sui tem-
poris, & Quietistarum nostri seculi.

§. LX.